





15748.

1668, 40 4

ADSPIRANTE. S. S. TRIADE.  
**MAGNIFICO. JCTORUM. IN. ILLUSTRIS.** 43  
SIMA. ATQUE. CELEBERRIMA. PROPTER. SALAM. ACADE-  
MIA. ORDINE. SUFFRAGANTE.  
PRÆSIDENTE.

VIRO. MAGNIFICO. PRÆNOMINISSIMO. AMPLISSIMO  
CONSULTISSIMO. EXCELLENTISSIMO. QUE.

**DN. ERNESTO. FRIDERICO.**

SCHRÖTERO. HEREDITARIO. IN.  
Wickerstätt. JCTO. ET T. ANTECESSORE. HUJUS.  
ALMÆ. SALANÆ. FAMIGERATISSIMO. CONSILIARIO  
SAXONICO. SPLENDIDISSIMO. FACULTATIS. JURIDICÆ. CURIAE.  
PROVINCIALIS. ET. SCABINATUS. ASSESSORE. GRA-  
VISSIMO p. t. RECTORE. ACADEMIAE.

VENERANDO

**DN. PATRONO. ET. PRÆCEPTORE**  
*SUO. COLENDISSIMO.*

DISPUTATIONEM. IURIDICAM.

*DE*

**SUCCESSIONE. AB.**  
**IN TESTATO.**  
IN. AUDITORIO. JCTORUM.

P. P.

**PETRUS. SCHULTZ. STENDA-**  
**LIA. PALÆO-MARCH.**

AUTOR.

A. O. R. M.DC.LXVIII. DIE. MENS.

H. L. Q. C.

**JENÆ, Typis JOHANNIS WERTHERI.**





## I. N. D. N. J. C.

Th. I.

Aulus Egredius LL. peritus in l. 25. pr. de libertat. legat. recte & prudenter scriptis frequentiora ac quotidiana potius esse tractanda, quam raro contingentia. Nemo autem qui vel mediocriter saltim in juris studio versatus fuerit, insciabitur, successio ab intestato materia & quotidiam & frequentissimam esse, immo penè nulla juris Civilis materia reperitur, quæ tam multiplice in habuerit mutationem & correctionem, quam præsens hæc materia, quæ tota quasi est reformata in Nov. 118. ex qua sola fere de hac materia iudicamus, ac adeo utilis est, ut de ejus utilitate, frequentia, præstantia, sermonem per longum facere supervacaneum sit, siquidem omne illud frustraneum, quicquid rei satis demonstrata superadditur. Idcirco primarias quasdam quæstiones de hac præsenti materia proponere placuit.

Th. 2. Desertur autem hereditas vel ex ultimâ voluntate defuncti; vel ex prætoris jurisdictione per honorum possessionem; vel ex sola juris Civilis provisione, quæ dicitur successio legitima, quia lex & jus civile immediate & proximè vocat agnatas vel cognatas personas ad successionem, non intercedente voluntate alterius. Est autem Successio ab intestato nihil aliud, quam tacitum testamentum, ex voluntatis conjectura, ut eleganter Grotius de J.B. p. 21b. 2.c. 7.n. 10. Cœterum cum iura successionis ab intestato alia veteri, alia novo jure sint observata: Illo omisso, de hoc in presentiarum tractabimus, & hodie hæc materia de successione ab intestato non ex Digestis, sed potius ex Codice, potissimum vero ex Novellis & Recessibus Imperii est petenda: præsertim vero in Nov. 118. ius novum traditum est, quæ etiam

A 2  
per

per totum Imperium Romano-Germanicum observatur, nisi  
quatenus legibus municipalibus & speciali statuto alicubi loco-  
rum restricta est. Primo omnium premittemus certa princi-  
pia, quæ erunt pauca, certa & evidenter, ut ab omnibus & pos-  
sint & debeat admitti: primum principium est: Parentes  
esse causam liberorum, hos verò illorum esse partes quasdam.,  
ut habet Arist. s. Ethic. & ab omnibus conceditur: Cum verò  
natura per procreationem hominum nihil aliud intendat, quam  
ut parentibus mortuis alii in ipsorum locum succedant, qui idem  
illud in vita civili præstare possint, quod parentes præstierunt,  
apparet, parentes naturaliter obligatos esse, sibi relinquere & ef-  
ficere similes quantum fieri potest, hoc argumento: per quod-  
cunque natura intendit conservare genus humanum, per illud  
quoque obligat homines mortales sibi relinquere & efficere si-  
miles; Ratio majoris est, cum natura intendat conservationem  
humani generis, ut sc. perpetuo, aut ad illud usq; tempus, quod  
DEO & Naturæ Autori placet, durent in individuis humanis, quæ  
mortalia sunt, & tamen illud in individuo obtinere non possit,  
necessè fuit, ut illud obtineatur saltim in genere, sc. ut individua  
illa mortalia alia producant, & quidē sibi similia. Si enim sibi si-  
milia non procrearent, non esset idem genus humanum; adeoq;  
quoniam natura præcisè intendit conservationem generis humani,  
oporet illos qui procreantur, & per quos illud sit conservandum,  
eosdem vel similes esse illis, qui sunt mortui, in quorum locum  
succedere tenentur. Atqui procreatio liberorum est id, per quod  
natura intendit conservationem speciei generis humani. Ergo per  
procreationem liberorum natura intendit, ut parentes liberos  
sibi generent et efficiant similes. Firmiter itaque nobis esto  
probatum, parentes naturali jure teneri ad procreandos & effi-  
ciendos sibi similes.

Th. 3. Ut autem similes parentibus reddantur, necesse  
est ut. i. vivant, vivere autem non possunt nisi alimenta habeant.  
Et qui dat formam, dat quoque quæ ad formam sunt necessaria,  
dictum est Aristotelis: quare qui causa est ut homo exi-  
stat, quantum in se est, & quantum in necesse est, prospicere ei  
debet, de his, quæ ad vitam humanam, id est, naturalem ac socia-  
lem

lēm, nām ad eam natus est homo, sunt necessaria. Ea de' causa  
instin&tu sc. naturali, cetera quoque animantia, proli suæ, quan-  
tum necesse est, alimenta suppeditant. Sic igitur argumentor: Si-  
ne quocunq; partus editus non potest parenti fieri similis, ad id  
parens simpliciter & jure Nat. obligatur. Atqui alimenta sunt  
talia. Ergo. Nam quicunque tenentur curare quantum in ipsis  
est, ut aliqui vivant, sive vitam sustentent, illi etiā naturaliter te-  
nentur illis alimenta suppeditare; Ratio majoris est, quia nūl-  
lum animal præsertim homo, absque alimentis vitam retinere  
potest. Atqui tales sunt parentes, qui naturaliter ad hoc sunt  
obligati, ut vitam suorum liberorum quantum in ipsis est, curent,  
Ergo. Ipsa quoque natura satis aperte hoc indicat, dum in illa  
muliere, quæ peperit, lac oriatur, quod nulla ipsius arte neque  
opera oritur, imd ipsa invita sæpius nascitur, quod nulli alibi  
usui est, quam alendo recens nato partui. Probavi ergo natu-  
ram ipsam parentibus etiam invitatis alimenta in corporibus pa-  
rentum producere, quibus recens nati possint ali, quod certum  
& indubitatum signum est, parentes ad alendos liberos naturali-  
ter esse obstrictos, & si sponte nolint, cogi posse. Magnific.  
Dn. Eichel. Præceptor olim atque Patronus meus colendissimus  
*Tratt. de jure quo naturaliter liberi, & parentes sibi in vicem sunt ob-  
stricti;* Quod quidem jus Romanum fatetur & imperat. *princ. I.  
de J. N. G. C.* idem Justinianus *l. unica. vers. fileat. C. de rei uxori.*  
*et. Idem l. 8. S. C. 5. de bonis que lib. in potest. patr. Confit.*

Th. 4. Non autem sufficit liberos natos vivere vitam  
animalis, adeoque habeant alimenta saltim, quibus vitam suam  
ut reliqua animalia bruta transfigant, ita enim à brutis parum  
different: quia & ipsa ad aliquod tempus pullis suis de pabu-  
lo propiciunt. Verum cum non tantum animal sit edu-  
candum, sed homo; exinde præterea requiritur, ut vivant po-  
tissimum vitam hominis, quæ vitam animalium brutorum lon-  
ge antecellit. Non enim homo dicendus est, qui externam  
gerit hominis figuram: sed qui hominis vivit vitam. Et nullum  
orbis hic sævius habet animal homine, qui non recte edu-  
catus est. Benè Aristoteles & verissimè *lib. 1. polit. cap. 2.*  
Cum autem vita hominis in eo consistat, ut præter conservatio-

nem corporis, etiam animus recte sese habeat, & operationes suas eo modo, quo debet, exserat, hinc evidenter apparet, ad vitam hominis bene curandam etiam hoc requiri, ut liberti usu rectae rationis instruantur, hoc argumento: Quicunque naturaliter tenentur curare vitam liberorum, illi tenentur eos potissimum usu rectae rationis instruere; Ratio majoris est, quia potissima vita pars hominis consistit in bonis operationibus animi: vivere enim est operari. Praterea neque simpliciter sufficit curare tum corpus tum animum ipsius prolis, sed quoniam tenetur filius vivere vitam non tantum hominis, verum etiam civilem, ideoque debet succedere in locum demortui sui parentis, eusque vicem & locum iterum supplere, appareat patrem rursus naturaliter teneri filio suppeditare ei sine quibus vitam civilem vivere non potest; nam quicunque tenetur sibi similem relinquere, ita ut si moriatur, sibi & vice & loci supplere possit, is necessario tenetur illi quoque relinquere ea sine quibus vita civilis nullo modo vivi potest. Atqui parens tenetur sibi similem relinquere. Ergo.

Th. 5. Vita autem civilis non potest servari absque aliquo apparatu instrumentorum vita, adeoque exinde evidenter consequitur, parentem teneri liberis suis talem apparatus s. copiam instrumentorum relinquere, quæ sufficit ad novam familiam inchoandam; quandocunque enim pater filium suum 1. produxit. 2. cum aluit. 3. sufficienti usu rationis instruxit. 4. ipsi etiam copiam aliquam instrumentorum vita suppeditavit, ut inde propriam familiam inchoet, ut iterum sibi similes possit procreare, tunc denum pater revera sibi simile procreavit, & effecit; quandocunque enim pater filium suum eo produxit, ut possit idem præstare, quod præstat & præstit pares & in Repub. & in familia, jam denum sibi similem effecit, & suo debito paterno, ad quod à natura obligatus erat, satisfecit, & tum denum emancipatio naturaliter justa est. Quanta autem illa copia esse debeat, hoc jure naturali non est determinatum, sed tanta requiritur, quanta ad constitutandam propriam familiam sufficit, & ut similis fiat ei, qui ipsum suscepit. Hinc apparet, quod Aristoteles demonstrat lib. 8. Ethic. parentes vel omnia, vel

vel pleraque certe in gratiam liberorum suorum acquirere, &  
dicitat ipsa parentibus insita naturalis erga eos οὐχι atque chari-  
tas, ut non tantum de necessariis, sed etiam de his, quae ad vitam  
suavius honestiusque transigendam pertinent, liberis suis prospici-  
ant, & hāc in re a brutis magnum fecerit divertium. Huc spe-  
ciat illud Apostoli Pauli 2. Corinth. XII. v. 14. & ὅφελει τὸ  
τέλεα τὸν γονεῖν ἡγεμονεύειν διὰ οἱ γονεῖς τὸν τέλεον. Non libe-  
ri parentibus, sed parentes liberis rem congerere debent. Qui  
buscunque enim naturaliter tenemur suppeditare copiam ali-  
quam instrumentorum vitae ad novam familiam inchoandam, in  
illorum gratiam aut omnia aut pleraque nostra bona acquiri-  
mus. Atqui liberi nostri sunt tales. Ergo. Jam in quorum gra-  
tiam aut omnia aut pleraque nostra bona acquirimus, illi bo-  
norum nostrorum sunt domini; Ratio majoris eleganter habe-  
tur lib. 1. polit. Arist. quia dominum esse nihil aliud est, quam reū,  
quam habemus, esse in gratiam nostri, ita ut nobis super illa re  
liberrima dispositio competit ad quemvis usum, qui nobis pla-  
cet, transferendi. Atqui liberi sunt tales. Ergo. Hinc appa-  
ret liberis partem aliquam bonorum iure naturæ a parentibus  
deberi; quæ ipsis scripi ab illis non potest, nisi institutum naturæ  
violare velint. Neque hoc tantum demonstrat Arist. sed nostra  
jura Rom. prouidentur idem disertis verbis l. n. ff. de lib. & postib.  
hered. instituend. §. 2. l. de hered. qual. & differ. Vivo quoq; patre  
(liberi) quodammodo Domini existimantur. Unde etiam si quis  
intestatus moratur, prima causa est in successione liberorum. Rursus parallelus locus est in §. 2. l. de heredit. que ab intest. Et ita  
in morte parentis quasi continuatur dominium. Et sacra nostra  
scriptura eleganter convenit, quando Paulus in Epist. ad Galat. IV. v. 7. ait, Si filius, ergo heres. Abraham quoque cuncta de-  
dit quæ possederat Isaaco Gen. XXV. v. 5. hinc intelligimus quo-  
que eadem ratione illud Paulinum l. Tim. V. quando ait, illum,  
qui liberis suis non prospiciat, pejorem esse Ethnico & Judæo:  
hoc enim pugnare cum iure naturæ, quod jus naturæ etiam Eth-  
nicus & Judæus servat, cum Christianus non tantum jus naturæ,  
verum etiam supra jus naturæ opera charitatis & dilectionis  
principue suis liberis exhibere debeat.

Th. 6.

Th. 6. Quando autem parentes moriuntur liberis suis adhuc impuberibus, minoribus, aut majoribus, Plutarchus in eis libello de proli amore scribit oī, πάτερες ὡς Φειδηματὸν καὶ οὐχ εἰς δεκάσουεν. liberi hereditatē ut sibi debitā expectant. Idē quoque Ictus Paulus tradit in l. 10. ff. pro soc. Et quia plerumque vel à parente, vel à liberto quasi nobis debitum hereditas obvenit. Imò orbis vox & mos est, liberos naturaliter esse parentum hæredes, & qui nondū familiam propriam constituerunt jure naturali, tanquam debitum quoddam parentum hæreditas illis debetur: exceptio tamen est, si pater se polluit Crimine læsa majestatis, tunc neque abintestate, neque ex testamento sic cedunt, si autem pater hoc non commisit, adeo illis hæreditas debetur, ut licet parentes testamentum fecerint, & aliter de illis bonis disposerint, testamentum illud jure naturali sit nullum, quamvis jus naturale hac in parte jura civilia limitaverunt, & illud debitum paternum seu naturale Rom. astrinxerunt ad quartā sc. legitimā partem bonorum paternorum, & necesse est, ut liberi illam quartam habeant honorabili institutionis titulo, quod hodie in praxi stricte observatur, & pater secundum nostra jura civilia de reliquis potest disponere, de legitima autem disponere prorsus non potest. Si autem parentes moriuntur & relinquunt partim liberos impuberis, partim justè emancipatos, tunc naturaliter impuberibus illis liberis alimenta prius sunt detrahenda ex hæreditate patris, ut illi alimenta habeant præcipua, usque ad id tempus, quo novam familiam possunt constitui. Tantum quoque debetur illis, quantum jam tum accepterunt emancipati, & tandem quod superest æqualiter inter se dividunt.

Th. 7. Ex hoc fundamento natum est jus conferendi, cum enim pater omnibus suis liberis æqualia debeat, ita ut singulos suos liberos & alat, usu rationis instruat, & partem aliquam bonorum etiam exhibeat, & verò contingere possit, ut pater moriatur aliis liberis emancipatis, qui illa omnia acceperunt, alii autem impuberibus, qui talia non acceperunt, ne aliqua inæqualitas inter eos oriatur, necesse est, ut illi, qui jam tum acceperunt bona, illa in hereditatem conferant, hoc est, illa bona

bona sic habeant ac si hereditate adhuc inessent, & sic illa sibi tanquam pars quædā jam daretur, Germani dicunt das sic es müss sen in die Erbschafft eum werffen und siehs hernachir furzen lassen. Hac ratione per jus collationis sive conferendi liberi reddantur inter se se aequales, ita ut nemo illorum plus accipiat. Ita se se habent causa successionis ab intestato in descendantibus & horum causa præ reliquis omnibus potior est, & per consequens prima causa successionis descendantium est, quod sic probo: Quoruncunque gratia bona plerumque acquiruntur, & in quibus duplex causa successionis est, illorum causa successionis potissima est & reliquis omnibus præfertur, quorum gratia vel bona non acquiruntur, vel in quibus duplex causa succedendi non adest. At qui tales sunt liberi, Ergo. Ita se se habet in liberis, qui ex corpore nostro procreati sunt, & sunt liberi primi gradus.

Th. 8. An autem idem juris sit in illis, qui non ex corpore nostro, sed à liberis sunt procreati, quales sunt nepotes, & rursus qui ex his sunt nati, quales sunt pronepotes, & rursus qui etiam ex his sequuntur & sic deinceps, h. e. abnepotibus, ad nepotibus, videtur adhuc in jure Nat. esse quodammodo dubium: quandoquidem nepotes suos habent parentes, quos obligatos sibi habent, apparet avum simpliciter nepotibus suis non esse obligatum, nam pater jure Nat. ad aliud non tenetur, quam ad relinquendos & efficiendos sibi similes, jam quando is reliquit & effecit sibi similes abobligatione sua est liberatus. Quicunque vero ab obligatione est liberatus, ille, non amplius debet; Atqui avus qui filium eo produxit, ut propriam familiam constituerit, & iterum liberos procreaverit, ab obligatione sua est liberatus. Ergo ejusmodi avus nepotibus suis nihil debet, multo minus debet suis pronepotibus, abnepotibus &c. quoniam proprios sibi obligatos habent parentes: ast quoniā fieri potest, & apud multas gentes factum est, ut tales ad matrimonium fuerint admissi, qui sibi ipsis non potuerint prospicere, ut apud Rom. factum est: tum quandoquidem factum ibi aliquid est contra jus Nat. ideo etiam lex po-

B

stea,

Iste in successione id admittere debuit, quod non est naturale, neque si ejusmodi parens minor mortuus fuit, avus qui filium suum minorem ad matrimonium admisit, coactus est nepotes suos alere, nepotibus etiam suam relinquere hereditatem, quia culpa avi sui factum est, quod talem patrem nacti fuerint, qui illis non potuit prospicere, ergo avus propter culpam suam tenetur nepotibus suis prospicere, hinc factum est, ut quemadmodum se se res habet in successione parentum, ita quoque res habeat in successione avorum, ita ut nepotibus pronepotibus & in infinitum descendantibus debeat hereditas parentum & avorum & proavorum.

Th. 9. Quando autem defunctus filius nullos relinquere liberos quibus naturaliter bona sua debet, jam non immerito queritur, qui nam in ejus bona sint successuri, liberi enim parentes suos alere tenentur, in casu necessitatis, quando sc. parentes egerint, filii autem sint ejusmodi conditionis, ut possint parentes suos alere, quis enim adeo sit ingratius, qui parentibus suis senio confectis, ac praeter culpam sapientia ad incitas redactis victum denegare velit. Apud antiquos Ebraeos hanc extare legem testatur Drusius l. 2. quaest. Ebr. 73. Debet filius parentem pauperem alere, quod si nolit, eum judices cogant. Aristotelis adeo verum est, parentibus liberos victum debere, ut anima in caritate, juxta illū, potius illis, quā sibi de victu prospicere debeant, ceu evidere est g. Eth. 2. & Theophrast. ap. Stob. γονεῖς γηραιτεροί παλαιῶς ὁ γδ μὴ τοιστοις ἀλλά των τοῦ Φύσεως των τῆς πολέως νόμων ὀλιγοεών, ἀμφοτέροις τοῖς τῆς δικαιοσύνης τεχνέσι προσβέβηκε. Parentes in senectute alere pulchrum est. Qui vero eo animo non est, sed & natura & civitatis legem contemnit, ut utriusque justitia (sc. naturalis & civilis) inmittem excedit. Quod quidem Romani etiam Legibus sanxerunt, sine ulla tamē pena. Ulpianus l. 5. s. 13. ff. de Agnosc. & alend. lib. vel par. Iniquissimum enim quis merito dixerit, patrem egere, cum filius sit in facultatibus. Et Imperator Antoninus Pius l. 1. C. de alend. lib. & parent. Parentum necessitatibus liberos succurrere justū est. Eleganter de hac re differit Dn.

Dn. Eichel alleg. tr. part. post. §. XIX. Quoniam vero etiam inter filios & parentes est arcissima amicitia, sumus præterea amor, nec nō iusta causa parentibus retribuendi ea, qua in liberos contulerunt, apparet nullos alios esse, si descendentes non adiunt, in quos hereditas potiori jure conferri debeat, quam in parentes, firmo hoc argumento: Quicunque nobis supersunt, quibus arcissima amicitia & summo amore sumus juncti, & à quibus pleraque etiam accipimus quæ possidemus, illis præ reliquis omnibus nostra hereditas jure meritoque defertur. Atqui parentes sunt tales, qui nobis supersunt, quando sine liberis morimur. Ergo. Ratio minoris est evidentissima; parentes enim bona nobis præterea dederunt, ut illis utamur donec vivamus, & in nostris liberos etiam transferamus; ast quando nullos habemus, & ipsi quoque morimur, cessat ratio ob quam bona in nos transfluerunt, adeoque cessante illa ratione bona illa non, immorit ad parentes revertuntur, adeoque jure Nat. merito liberorum hereditas debetur parentibus præ reliquis omnibus. Jus Romanum hac in re ius Nat. immutavit, & cum parentibus admisit fratres & sorores, Avibent. Defuncto. C. ad 3C. Tertull. Ita se se habet secunda classis succendentium, nempe Ascendentum.

Th. 10. Quando autem quis moritur & neq; relinquit liberos, neque parentes omne debitum jam cessat, nam jure Nat. firmissimum est principium. Quibuscumque non tenemur alimenta exhibere, illis quoque non tenemur relinquere hereditatem nostram. At qui si quis neque habet liberos neque parentes, is nemini naturaliter tenetur alimenta exhibere, Ergo etiam is nemini tenetur hereditatem suam relinquere tanquam debitum, adeoque in ejusmodi defuncto cessat omne debitum, & nostra hereditas, si nemo descendentium vel ascendentium adest, defertur nostris fratribus & sororibus, & quo major est conjunctio, eo major quoque amicitia & amor præsumitur, adeoque naturali jure etiam illis, qui nobis proprius & arcitus sunt conjuncti hereditas defertur, ita ut unicam hanc regulam teneamus, nempe

quoquis proximior, eo magis is admittitur, qui autem remotior, ille excluditur, ut verissimum sit, & in jure Nat. fundatum, proximiorem excludere remotiorem. Quo usque autem haec successio in cognatis & agnatis duret, sive durare debeat, id quidem jure Nat. non est determinatum, sed hoc quidem ex jure Nat. colligere possumus, nempe quounque aliqua conjunctio & necessitudo potest cognosci, & ex ea quoque deprehendi quis sit proximior & quis sit remotior, eo usque quoque hanc successionem durare, lex autem civilis tandem modum imposuit & constituit, ut ultra 10. gradum inter Agnatos & Cognatos non fiat successio.

Th. II. Si autem quis neque relinquit 1. Descendentes neque 2. Ascendentes, neque 3. Cognatos sive Agnatos, non in merito quaeritur ad quem bona sua post mortem velit devolvi, hoc enim casu omne debitum prorsus cessat; jam praeter Conjugem forte nemo superest, aut si is conjugatus non sit, cui velit bona sua relinquere? De Conjugi non exiguum est dubium, an non Conjugi potius prae reliquis omnibus debeatur successio; nam quicunque per totam suam vitam in bona acquisita impedit omniem suum laborem, illi sine dubio videtur deberi portio aliqua illorum bonorum acquisitorum, quoniam jure Nat. consequentem est, ut quilibet pro labore suo impenso habeat etiam sua commoda, jam quoniam & maritus & uxor simul suum laborem impendere cogantur ad hoc, ut bona acquirantur, indignum videtur vel maritum muliere mortua ab ejus hereditate prorsus excludi, praesertim si nulli adsint Descendentes vel Ascendentes, vel etiam fratres & sorores; nam si descendentes adsint nullum est dubium etiam jure Nat. excludi Conjuges, si adsint, ascendentes etiam eadem ratione non est dubium, hi enim longe arctiori necessitudine inter se invicem sunt juncti, quam conjuges. Jus nostrum Civile maritum ab hereditate uxoris, & uxorem ab hereditate mariti prorsus excludit, ita, ut a bonis sibi invicem collatis ne obulum quidem accipiant, quod iniurissimum est; hinc multæ provinciaz, Civitates & Resp. hoc jus

jus Civile correxerunt, & certam portionem bonorum conju-  
gibus dederunt, quam vocant portionem Statutariam: ve-  
rum hæc jura & consuetudines quam maxime variant in o-  
mni bus ferme regionibus, & prout in quolibet loco sunt consti-  
tuta vel consuetudine introducta, erit judicandum, ita ut in  
multis locis rectissime sit receptum, quod Conjugi superstes li-  
beris & parentibus non praestentibus Conjugis defuncti totam  
lucraretur hæreditatem & omnes collaterales excludat, quod Ger-  
mani vocant, lengster Leib lengstes Guth / oder der leste soll die  
Thüre stihun/ quod fit sèpius inter rusticos, & idem est, ac si  
diceretur, supervivens conjugum alteri debet succedere. In  
aliquibus locis, uti Lubecæ & Hildesii, statutum est, ut conjux  
altero mortuo possit dimidiam ejus partem lucrari. In aliis  
locis saltim aliquam partem lucratur alter conjugum, & valent  
ejusmodi statuta per c. significavit de donat. int. vir. & uxor.  
Mynsing. conf. 2. n. 24. decad. 6. Gail. 2. Obs. 78. n. 9.

Th. 12. Tandem si neque ad sunt Descendentes, neque  
Ascendentes, neque Collaterales, neque conjuges, ne illa hæ-  
reditas prouersus jaceat & corrumpatur, admittitur tandem Res-  
pub. seu Fiscus, ad quem bona illa defuncti transferuntur, &  
non immineto, cum enim defunctus neminem habeat, cui  
vel hæreditatem suam debeat, vel quem majore amore pro-  
sequutus censeatur quam Magistratum, sub cuius patrocínio  
& tutela vixit, & bona sua acquisivit & conservavit, apparet  
nemini bona illa potiori jure deferri quam Fisco; hinc ulti-  
ma classis succendentium Fiscus est; habemus ergo etiam ex  
principiis rectæ rationis quinque classes succendentium I. De-  
scendentium II. Ascendentium III. Collateralium IV. Con-  
jugum & V. Fisci: Haec tenus Naturalia quæ sese offerunt in  
successionibus ab intestato, jam ad Civilia, quæ jure Civili &  
positivo sunt sancita.

Th. 13. Quandocunque vel Testamentum non adest, ne-  
que speratur, aut adest quidem, sed tamen fuit ruptum aut  
irritum redditum, aut ab initio statim fuit injustum, toties  
succeditur ab intestato l. 39 ff. de acquir. vel omittend. hæred.  
l. 89. R. 7. l. 8. C. communia de success. l. 2. C. unde liberi. Prima-

riam enim causam successionis voluerunt Romani dispositio-  
nem ipsius testatoris; illa autem cessante demum ad successio-  
nem abiate tato devenerunt. Quando autem dubium est, an  
testamentum relictum sit nec ne, ita ut nonnulli dicant, testa-  
mentum esse relictum, ali vero id negent, non immerito qua-  
ritur, cui onus probandi imponi debeat, an illi qui dicit adesse  
testamentum, & vero cum presumptio potius sit pro successione  
ab intestato secundum receptam sententiam, onus probandi im-  
ponimus ei, qui dicit te lamentum adesse, & si is non proba-  
verit, hares ab intestato admittitur, ut docet Fachinæus lib. 6.  
*controvers. c. 46.* Covarruv. lib. 2. variar. resolut. c. 6. n. 5. Me-  
noch. lib. 4. de presump. presump. i. denique Mascardus de pro-  
bationibus, vol. 2. conclusione 997. & vol. 3. concil. 1357. & B. Ludv.  
*Disp. X. lit. A.* Dn. Rittershus. in com. ad Nov. part. 7. c. 1.  
num. 6.

Th. 14. Est autem hoc jus successionis ab intestato varie  
non tantum a Romanis, verum etiam hodiernis nostris mori-  
bus mutatum; quantum ad jus Romanum attinet, in primis hoc  
petendum est ex C. & quibusdam Nov. potissimum autem ex  
Nov. 13. cap. 4, item Nov. 21. Nov. 12. c. 8. 9. 10. 25. & seqq. Nov. 53. c.  
ult. Nov. 84. Nov. 74. Nov. 117. Nov. 118. per totam Nov. 127. sed ex-  
miè ac praeceteris hic spectat Nov. 118. quantum ad mores ho-  
diernos nostros, desumendum hoc jus est i. ex consuetudini-  
bus, quæ in quolibet loco sunt receptæ, quæ consuetudines omni-  
jure scripto derogant. 2. ex statutis, quæ etiam in quolibet lo-  
co sunt recepta 3. Recessus imperii. Et si casus qui occurunt  
in hisce non sunt decisi, tum in illis terris ubi jus Sax. obser-  
vatur ad id, in illis terris vero ubi Jus Civile viget ad id deve-  
nitur, immo si casus in Jure Sax. non est decisus, etiam Saxones  
ad Jus Civile configere solent, nos explicabimus Jus Civile,  
& quidem ordine plane naturali progredimur.

Th. 15. Quoad descendentes, quorum prima causa est suc-  
cedendi, ut etiam ex Jure Nat. ostendi, magna varietas est. Liberi  
in universum sunt legitimi vel illegitimi, legitimi vel iterum tan-  
tum sunt legitimi vel sunt simul naturales, legitimi tantum,  
aut sunt arrogati, aut sunt adoptivi, rursus adoptivi aut ab extra-  
neo

neo quodam adoptati, aut vero non ab extraneo, sed ab eo qui adoptivum illum etiam necessario vel instituere vel ex haredare tenetur, aut sunt legitimati, tametsi illi legitimati legitimis & naturalibus simul sint similiores, legitimati autem triplicis sunt generis I. tales per oblationem curia II. per subsequens matrimonium. III. per rescriptum Principis. Ita fere habent legitimati tantum. Naturales autem simul & legitimati rursus sunt triplices, aut sunt Germani h. e. ex utroque parente conjuncti, aut tantum à patre, & dicuntur consanguinei, aut tantum à matre, & dicuntur uterini.

Th. 16. Illegitimi autem nati sunt ex certo parente, aut in certo, si prius, vel damnatus est ille coitus, vel permisus, sc. si parens cum illa muliere contraxisset matrimonium, si posterius, tum aut ligata fuit aut vero soluta, si soluta, tum liberi exinde nati dicuntur naturales, quos Germani vocant Eieh Kinder/ Jungfrauen Kinder si autem ligata, tum nascuntur adulterini, si autem ex ea sunt nati cum qua matrimonium nobis haberet non licuit, tum nascuntur liberi incestuosi & damnati coitus, quales sunt, qui ex monialibus & monachis nascuntur. Incerto autem patre nati dicuntur spurii, bastardi, quasi bēb Art/ id est, degeneris indolis seu ingenii, vulgo quæsiti, horum magna est differentia.

Th. 17. Ordine jam regulas formabimus I. de legitimis & naturalibus, & quidem germanis simul. Primo, si liberi naturales & legitimati germani sunt soli, hi excludunt omnes ascendentes & collaterales, & inter eos hæreditas in capita, æqualiter dividitur h.e. hæreditas dividitur viritim secundum numerum personarum: ut quot personæ, tot fiant partes so manch Mund so manch Pfundi. Quicunque enim prorofus sunt æquales, ita ut nulla prorofus diversitas inter illos appareat, illis quoque secundum jus Nat. æqualia sunt tribuenda. Atqui tales sunt legitimati, & naturales germani liberi, Ergo. Dixi, si soli sunt, si autem cum illis concurrunt alii ulterioris gradus liberi v.g. nepotes, pronepotes & sic deinceps, hæreditas non amplius in capita, sed in stirpes dividitur, ita ut nepotes & neptes suos parentes ex quibus nati sunt, repræsentent, quod Hæbrei dicunt

dicunt, filius etiam in sepulchro succedit: item: filii filiorum sunt tanquam filii, & hoc lege positiva receptum est, ut jus representationis in linea descendenti in infinitum abeat, h. e. ut omnes nepotis pronepotes &c. suos parentes repräsentent, & id accipiant, quod accepissent parentes si supervixissent. Magnificus Dn. Praeses, præceptor atque Patronus meus ætatem devenerans in Notis ad Subiolti. Differ. XI. apb. 50. B. Ortolph. Foman. 41<sup>o</sup>. Inf. XVII. tb. 2. lit. d. Schneid. 1. ord. succ. num. 15. & 12. Arumz disp. II. Exert. 5. Treutl. vol. 2. disp. XV. tb. 1. lit. H. Vultej. lib. 1. Jurispr. Roman. cap. 74. num. 1. Gomez. lib. 1. Variar. resolut. c. 1. Rittershus. ad Nov. part. 7. cap. 4. num. 15. Förster. lib. 4. c. 21. Borchold. tractatu de gradibus p. 180. & seqq. Divino quoque Jure institutam esse sacra litera testatum faciunt: Thare duos filios habuit, Abraham & Aram, hic mortuus est ante patrem, & reliquit filium Loth, nepotem ex fratre ad successionem, eumque fratris nomine vocavit, tanquam frater esset, aut certe fratre in re praefarentur Genes. cap. 11. Non minus quoque representatione hæc, naturali æquitate sustinetur, nam si filius suis heres esse desit, in ejusdem partem succedunt omnes nepotes neptus ex eo nati, qui in potestate sunt, quod naturali æquitate contingit inquit Ulpianus 1.1. s. si filius ff. de suis & legit. hered. Repraefarente enim nihil aliud est, quam in locum parentum, succedere, & illos mortuos tanquam praesentes hic sistere, & eorum nomine partem illam caper?, quam cepissent ipsi parentes, si viverent. Novissima quoque Constitutione Imperii sub Imp. Carolo V. in Comit. Wormat. Anno 1521. promulgata, fratris vel sororis præ defuncta filii una cum fratribus defuncti non obstante aliqua consuetudine in stirpes admittuntur. Recess. Imperii Worm. Anno 1521. s. Nach dem auch/ qua Conf. postmodum in Comitiis Norinbergens. anni ejusdem, renovata fuit. Vid. das edict von dem Regiment in Nürnberg im 1521. Jahr aus zangen/ von Succession Bruder und Schwestern Kinder versl. Demnach ordin &c.

Th. 18. Secunda regula si adsunt tantum liberi consanguinei, tum soli succedunt patri, rursus si adsunt uterini, rursus succedunt illi sua matri, illi vero matri ex qua suscepit non sunt, nequa-

nequaquam succedunt , quemadmodum nec consanguinei illi patri , à quo procreati non sunt , succedunt , uti elegans textus est in l. 4. C. de secund. nupt. Hinc quando concurrunt fratres Germani , Consanguinei & Uterini , tum solet consanguineis id præcipuum dari , quod à patre ipsorum profectum est ; uterinis solet id præcipuum dari , quod mater , ipsorum intulit , & postea in æquales partes admittuntur , ac vallet in illis regula ; Maternis cedant materna , paterna paternis . Nobil. Dn. Bechman , Antecessor in Academia nostra famigeratissimus , Præceptor atque Patronus meus adamandus in lect. publ. ad Diſp. Schnob. Diſp. XVIII. th. 15. Ita etiam se res habet de Consanguineis , de Uterinis & de Germanis ; hæc eleganter habentur in cap. 1. Nov. 113.

Th. 19. Jam de liberis legitimis tantum : legitimi tantum vel sunt arrogati , qui quartam partem bonorum arrogantis consequuntur ; adoptivi verò , qui adoptati ab extraneo hoc beneficium consequuti sunt , ut ab intestato succedant , & patri suo naturali & etiam adoptivo , tametsi pater adoptans filium illum adoptivum non necessario neque instituere neque exhæredare teneatur , est enim hæc successio , quantum ad patrem adoptantem pertinet , magis ex lege positiva , quam ex jure Nat. nisi forte ex amore & affectione , quā pater adoptans adoptatum prosequitur , aliquid naturalis juris velimus colligere . Si autem adoptatus est ab eo , qui filium illum adoptivum alias etiam cum non adoptasset , necessario vel instituere vel exhæredare debuisset , tum saltim succedit patri adoptivo , perdit autem successionem sui patris naturalis . Ratio diversitatis hæc est , quando adoptivus filius adoptatus est ab extraneo , tum in illius fuit arbitrio , an illum instituere velit hæredem nec ne , adeoque si is fecit testamentum , filius adoptivus exclusus est ; si jam etiam patri suo naturali non posset succedere ; jam ille filius adoptivus privatus esset omni hæreditate & miserrimæ fuisse conditionis , hinc constitutum est ius succendendi in patre naturali debere ipsi esse integrum ; ast si adoptatus est ab eo , qui illum necessario debet vel instituere vel exhæredare , tum in adoptantis arbitrio non fuit il-

lum excludere nec ne, adeoque filius ille adoptivus non potuit hæreditate privari, ut in priori casu, ergo hoc casu constitutum est succedendi jus in patris sui naturalis bona ipsi esse ademptum.

Th. 20. Legitimos in universum triplices dixi, de quibus ordine I. Legitimi per subsequens matrimonium, qui est optimus maximusque legitimandi modus, longeque antecellit ceteros, per omnia & in omnibus pro legitimis veris & justis liberis habentur, & quod juris esse dixi in illis sc. qui ex justo matrimonio procreati, dico quoque obtinere in hisce. l. 10. C. de nat. liber. Unde legitimo per subsequens matrimonium potest dari, si petit testimoniam natalitium, quod sit natus ex thoro legitimo & honestis parentibus von christen frumenten Chelsuten aus einem rechten christichen unbefleckten Ehebette herkommen / gezeuget und geboren t. sicut responsum fuit à Lipsi mense Dec. 1622. & hoc constitutum in favorem matrimonii, cum partus, fictione juris tempus nuptiarum præterit & iure fingitur patrem illum non habuisse consuetudinem cum uxore, quam post nuptias, & licet tempore procreationis nuptiae nondum inita, postea tamen maritus & uxor facti sunt, ex quibus iste natus subsequendo matrimonio recte dicitur justus, & filios natos ante nuptias subsequens matrimonium etiam in articulo mortis contractum habiles reddit ad successionem. Gail. 2. obf. 141. n. 8. Borcholt. truct. de gradib. p. 192. Treut. vol. 2. disp. 16. tb. 2. lit. A. Forsterus lib. 6. c. 12. n. 1. Mant. de conjunct. ult. vol. l. n. 23. Virgil. Pingitz. decis. Jenensi t. Schneid. ad tit. de patr. p. 22. Imò omnia iura, qua illi habent, accipiunt in Collegiis, Successionibus, Dignitatibus, imò in Feudis secundum consuetudinem & praxim hodiernam succedunt. Magnif. Dn. Struve, JCtus consummatissimus, Patronus atque Praeceptor meus pie colendus Synt. jur. Feud. cap. 9. apb. 3. Schrad. de feud. p. 7. c. 5. n. 21. Gail. 2. obf. 141. n. 1. & 2. Dn. Bechman in prelect. publ. ad Sibnob. disp. XVIII. tb. 16. Mynsing. cent. 5. obf. 42. Koppen. part. 2. quest. 7. n. 15. Et 39. fecus est in legitimatis per R. P. illi enim in praejudicium agnatorum simultaneè investi orum non possunt ita legitimari, ut in feudo succedant, sicut

*sicut Resp. Lips. m. Febr. 1617.* Illud vero notandum, quod sec.  
speciales constitutiones quibusdam in locis nec legitimati  
per subsequens matrimonium ad successionem in feudo ad-  
mittantur, uti testantur Hart. Pistor. q. 41. n. 36. 37. Magnif. Dn.  
Hahn, Praeceptor atque Patronus meus quondam venerandus  
ad Wesenb. *tir. de his qui al. jur. n. 2. verb. per subsequens matri-  
monium.* Legitimi 2. per oblationem curia hodie in de-  
suetudinem abierunt, saltim super sunt legitimati per Rescrip-  
tum Principis, de hisce legitimatis est hodie magna contro-  
versia. Quando legitimati adsunt per Rescriptum Principis  
tum aut alii adsunt filii legitimi & naturales simul, aut vero  
non adsunt. Si non adsunt, tum aut adsunt alii naturales tan-  
tum, & tum hi legitimati per Rescriptum Principis excludunt  
illos naturales, & soli succedunt. Verum si adsunt alii liberi  
naturales & legitimi simul, tum multum interest I. an is, qui  
Rescriptum Principis impetravit hoc Princi manifestaverit.  
II. an Princeps, quando clausula haec inserta fuit, filios illos sic  
legitimaverit, ut cum filiis legitimis & naturalibus simul suc-  
cedere debeant; si haec requisita concurrunt, tum etiam legitimati  
per Rescriptum Principis cum filiis legitimis & naturalibus  
succedere possunt. Licet vero Princeps inferuerit clausulam  
illam, quod ejusmodi liberi debeant cum legitimis & naturalibus  
simul succederet supplicans autem hoc in supplicatione sua  
Principi non manifestaverit, an liberos habeat nec ne, haec  
clausula potius ex consuetudine videtur apposita & nihil ope-  
ratur, adeo ut illi legitimati hoc casu succedere non pos-  
sint.

Th. 21. Jam de illegitimis paucis, inter quos I. sunt na-  
turales tantum & spuri, qui hodie promiscue sumuntur, & nec  
patri liberos legitimos habenti, nec aliis agnatis succedunt,  
*sic Resp. Jcti b. l. m. Octobr. 1629.* sed tamen matri aliis per  
lineam maternam conjunctis, *sic pronunc. idem m. Febr. 1634.*  
licet adhuc adsint legitimi alii liberi, cum his in aqualem por-  
tionem ex matris hereditate accipiunt, *sic idem resp. mens. Aug.*  
*1636.* quando autem pater nullos liberos legitimos & na-  
turales simul reliquit, tunc in sextantem seu duas uncias suc-  
cedunt,

cedunt, sic iidem m. Maj. 1604. huc non possunt referri illi, qui ante benedictionem sacerdotalem progenerantur, & à vulgo saltim habentur pro illegitimis. II. Incestuosi, adulterini & ex nefario coitu nati, de jure Civili stricto neque patri neque matri succedunt, neque alimentis censentur digni *Aub. ex complexu C. de incestis nupt. & Nov. 89. c. ult. Nov. 74. c. fin. Forst. lib. 6. c. 50.* & vocantur incestuosi, quos pater cum filia, aut mater cum filio, vel frater cum sorore procreavit, & apud omnes etiam barbaras gentes talia matrimonia puniuntur, & praeterea videmus tale conjugium nunquam à Deo ulla ratione permisum. Coniunctio autem Lothi cum filiabus damnabilis utique fuit, condonata autem, quod filiae credidissent, interitum totum genus humanum adeoque & sibi pereundum esse. Præter hoc exemplum nullum aliud in omni historia & sacra & profana reperitur, quod fuerit toleratum, sed omnes tales coniunctiones ubique pro incestuosis habentur. Et sunt nonnulli, qui dicunt, hic subesse horrorem quandam naturalem, quo ab ejusmodi concubitu abhorreant, sed crediderim, illum horrorem potius esse ab educatione & metu poenæ, quam omnes gentes huic facto statuunt, quam ab instinctu naturali. Multa enim nobis insunt ex sola educatione & consuetudine, adeoque & ille horror est potius ab educatione quam à natura. Et quoniam hoc delictum facilimè potest fieri, difficilimè investigari, idcirco illud merito gravissimè puniendum. Ratio est, quod jus civile talem carnis luxuriam horrendaque peccata coerceri & puniri voluit eò gravius, ut homines ab libidinibus avocentur atque ad castitatis amorem alliceantur. Jure Canonico tamen *cap. cum haberet s. extr. de eo, qui dux, in mar. quam pol.* alimenta ipsis conceduntur, quoniam iniquum est, infantem à Deo creatum, fame necari, quam juris Canonici dispositionem tanquam benigniorem non solum in terris Ecclesiæ, sed etiam Imperii hodiè sequimur, & est communis Dd. conclusio, nullo modo autem succedunt, neque quicquam illis à parentibus legari aut relinqui potest, ut supra etiam dictum fuit; qua quidem de illegitimis liberis omnia constituta sunt, propterea ut matrimonium sartum

tum tectum servetur, neque per ejus violationem seu dissolutionem homines prorsus redigantur ad vitam bestialem: ad eoque innocentes illi infantes, qui nihil admiserunt, propterea carere cogantur, quoniam in liberis saepius puniuntur parentes, cum miseria & calamitas liberorum valde excruciet parentes. Alph. à Caranz. *Traſt. de partu c. 3. §. 4. n. 53.* præterea circa hanc descendantium illegitimorum filiorum successionem illud addendum, in Electoratu Brandenburgensi longa consuetudine introductum est mortuo filio illegitimo absque hereditibus descendantibus, & quidem legitimis, quod tunc magistratus defuncti hereditatem capiat. Si autem ipsi legitime nati sunt, non immerito ad successionem patris, quantumvis illegitimi admittuntur, cum ad illos quod attinet, ratio nulla legitima adsit, quæ illos à successione natura debita excludat. Hæc de successione descendantium.

Th. 22. Jam succedit Classis Ascendentiū: verum hæc successio in nostro jure Civili appellatur luctuosa, imo quando sic succeditur, dicitur turbari ordo mortalitatis *l. 15. pr. ff. de inoff. test.* qua parentibus commiserationis ergo deferatur *l. 7. §. fin. ff. f. rabb. test. null. extab.* ut solatio ipsis sit amissis liberis *arg. l. 6. ff. de jure dot.* quos secundum commune votum superstites optassent, ut loquitur JCtus in *l. 7. ff. unde liberii.* Eleganter quoque Romani eloqui flos & fons Cic. pro Quint. Ad quem, ait, summus mecor ex morte alterius venit: ad eundem summum successionis honorem pervenire oportet. Hanc successionem non solum fundari in commiseratione, sed aliis causis longe gravioribus suprà fuit dictum, hoc quidem concedo, luctuosam esse ejusmodi successionem, cum parentes instinctu naturæ & voto etiam communī optent filios suos post se relinquere & in illis vivere post mortem suam, jam cum filii præmorintur, & parentes post se relinquunt, nullum est dubium, quin parentes conjiciantur in luctum, propterea quod & spes illa quam in procreandis liberis sibi conceperunt, ipsis adimatur, & quod aliquid fiat, quod natura intende fieri non debere videbatur, interim hereditas, quam filii absque descendantibus morientes relinquunt, nulli allii potiori jure

C. 3 debe-

debetur quam parentibus, sive speciemus debitum, seu etiam amorem & affectum.

Th. 23. Quandocunque ergo quis moritur, neque ullos reliquit descendentes, h. e. neque primi, neque secundi, neque tertii, neque ulterioris gradus, ita ut prorsus nulli horum adfint, tum demum secundus ordo nempe Ascendentium succedit, in quo eadem observantur, quæ dixi observari in primo ordine descendientium, nempe quoniam dixi, magnam esse varietatem descendientium, sc. alios legitimos, alios illegitimos, alios legitimos & naturales simul, alios vero legitimos tantum, & horum nonnullos dixi succedere suis parentibus, nonnullos vero illis non succedere, eadem & hic erunt observanda, nempe qui liberi suis parentibus succedere possunt, illi parentes etiam liberis illis succedunt, jura enim successionum sunt reciproca, ut notat Rittershus. p. 7. c. i. n. n. nec immerito, ad hoc enim ut quis alteri ab intestato succedat, necesse est, ut inter eos intercedat vel obligatio quædam seu debitum vel certe amor seu affectio singularis, utrumque vero requirit duas personas & inter illas nexus seu respectum quendam, ideoque sic argumentor: Quæcumque jura consistunt in quodam, vel nexus vel respectu illa jura non possunt alia esse quam reciproca. Atqui jura successionis ab intestato sunt talia, quæ in nexus vel respectu quodam consistunt, Ergo.

Th. 24. Ut itaque sciri possit, quomodo se habeat ordo horum succendentium, ponendum est hic, ascendentes illos esse vel primi gradus, ut pater & mater, vel secundi gradus, ut avus & avia, vel tertii ut proavus, proavia &c. si sunt primi gradus, vel soli sunt, & tum sine omni dubio æqualiter & in capita, succedunt cap. 2. Nov. 13. non adhibita ulla distinctione, unde bona liberorum pervenerint, an à parte patris, an à parte matris. Aut concurrunt cum aliis, & tum vel concurrunt cum aliis ascendentibus, vel cum fratribus defuncti, si concurrunt cum aliis ascendentibus, v. g. cum avo & avia, cum proavo & proavia, hos excludunt, & hi non admittuntur, propterea quia jus representationis in his ascendentibus non habet locum, cum rationi non sit conveniens, ut parentes liberos representent,

tent quod est eorum locum ac vicem subire, immo si aliter dicatur, fieret hic aliquid contra naturam, bona enim, quae a parentibus acquiruntur, in gratiam liberorum acquiruntur, non verò in gratiam ascendentium, adeoque Dd. nostri recte & iure Nat. convenienter dicunt, bona defluere non refluere, scil. quoties adsumt persona habiles, toties magis favemus successioni descendantium & quae similis est illi, quam ascendentium; Ratio verò est, quia successio descendantium magis est naturalis quam ascendentium.

Th. 25. Si autem concurrunt hi cum ascendentibus ejusdem gradus, scil. si adsumt avus & avia in linea paterna, & avus & avia in linea materna tursus à patre & matre excluduntur, si autem concurrunt cum fratribus seu collateralibus, tum aut fratres illi sunt Germani, aut sunt Consanguinei, aut Uterini, aut denique sunt filii fratum germanorum. Si concurrunt pater & mater cum fratribus germanis simul admittuntur in capita Nov. 118. cap. 2. si autem cum his concurrent fratum filii, hi quidem etiam admittuntur, sed pater & mater item fratres germani succedunt in capita, fratum autem filii succedunt in stirpes dicta Nov. cap. 2. Quid autem si meri adsumt fratum filii, an in stirpes, an in capita succeditur? Rursus ipse pater & mater in capita, fratum autem filii in stirpes succedunt, quod si autem nepotes adsumt fratum, hi non admittuntur; Ratio autem juris est, quia in descendantibus jus representationis in infinitum habet locum, & hoc juri Nat. quam maximè convenit, verum in collateralibus, quales sunt fratres & co-rum liberi, qui à Romanis prater naturam cum parentibus ad hæreditatem admissi sunt, jus representationis non habet locum ultra fratum liberos. Magnif. Dn. Richter. JCtus & Antecessor in Alma hac Salana celebratissimus, Facultatis Juridicæ Ordinarius venerandus, Praeceptor atque Patronus meus summa observantia colendus in Tract. de Success. ab intestato. sect. 2. membr. 1. n. 20. Dn. Struve S. J. C. Exerc. XXXIX. th. 29. & quidem principiis recte rationis & juris Nat. convenienter, cum ipsorum parentes admitti, ne quidem debuissent, multo minus  
ipfi

ip̄si aut eorum nepotes sunt admittendi , adeoque quicunque ex collateralibus ulterioris sunt gradus , quam fratum liberi omnes à parentibus excluduntur.

Th. 26. In his bonis jam quæ parentes capiunt ex hæreditate liberorum , ad quam simul fratres admittuntur , nihil aliud consequuntur parentes quam usumfr. proprietas autem manet fratribus & eorum liberis , eleganti textu *cap. 2. Nov. 18. vers. nullum in hoc casu.* Si autem concurrunt parentes cum fratribus consanguineis vel uterinis , hos excludunt , adeoque multò magis eorum liberōs & nepotes ; Ratio verò est , quia defunctus parentibus duplici vinculo est junctus , fratri autem consanguineo vel uterino saltim uno , ibi autem duplex vinculum , ibi arctior necessitudo , & per consequēns major amor & affectio colligitur , uti eleganter docetur in *Auctent. defuncto C. ad SC. Tertull.* aut non adsunt ascendentis primi gradus , sed adsunt saltē ascendentis ulterioris gradus , v. g. avus & avia ; & rursus hi vel fōli sunt & sine omni dubio hi æquāliter in capita succedunt , aut concurrunt cum aliis ascendentibus ulterioris gradus & tum eos excludunt , eleganti textu in *Auct. defuncto C. ad SC. Tertull.*

Th. 27. Si autem concurrunt cum ascendentibus ejusdem gradus , v. g. ut adsit avus & avia in linea paterna , avus & avia in linea materna , tum hæreditas defuncti dividitur in duas æquales partes , & inām partem accipit linea paterna , etiam si vel una persona in ea adsit , alteram autem partem accipit linea materna nullo adhibito discrimine , quot personæ in qualibet linea inveniantur , *Auct. defuncto C. ad SC. Tertull.* & hoc hodiè stricte observamus . Aut concurrunt cum collateralibus seu fratribus , & tum rursus vel sunt Germani , vel Consanguinei , vel Uterini , si concurrunt cum germanis succeditur in capita æquāliter , si autem adsint fratum germanorum liberi , ascendentis & fratres in capita , fratum autem liberi in stirpes succedunt nobili illa *Auct. defuncto C. ad SC. Tertull.* nepotes & hic excluduntur , si autem concurrunt cum consanguineis & uterinis , hi excluduntur , quod diq̄um de fratribus & eorum liberis , hoc quoque dicendum est de sororibus & eorum

rum liberis, cum hic nulla sit sexus differentia in procemio  
Nov. 18. præterea hac omnia intelligenda sunt de illis paren-  
tibus & ascendentibus, qui se suorum liberorum hæreditate,  
non reddiderant indignos, indignos autem se reddiderunt I.  
qui intra annum liberis suis impuberibus non petierunt tuto-  
res l. 2. §. 23. ff. ad SC. Tertull. §. pen. Insti. eod. Videatur etiam  
Auth. matri & avie C. quando mulier tut. off. fung. poss. Est enim  
hoc generale, ut quicunque ad successionem pupilli mortui  
vocatur, is tutorem quoque ipsi petere debeat intra annum,  
sub pena privationis seu amittendæ hæreditatis, si enim  
hoc neglexerit, tunc omnis successio ab intestato ipsi dene-  
gatur, si impubes mortuus sit. l. 10. C. de legit. hered. & l. 2. §.  
Divisa ff. qui pet. tut. Videatur etiam Forster. lib. 7. cap. 16. II.  
Si mater vel avia filii vel nepotis sui gessit tutelam, & postea  
ad secundas nuptias transit, & non petit ante filio vel nepoti  
suo tutorum, quod hodiè observamus. Auth. eisdem panis. C. de  
secund. nupt. l. omnem. 6. C. ad SCt. Tertull. l. sciant. C. de legit.  
hered. Forster. lib. 7. c. 16. n. ult. III. quæ mulier post mortem  
mariti luxuriosam vitam elegit, tamquam sequitur: quam cau-  
sam latius explicat Forster. lib. 7. cap. 15. IV. In secundis nu-  
ptiis præmaturis, h. e. intra annum luctus contractis. Videatur  
Forst. lib. 7. cap. 9. in pr. quod autem in jure Romano de an-  
no luctus constitutum est, sc. ut illa mulier, quæ intra annum  
luctus nubat, perdat beneficium succedendi, moribus nostris  
illa tempora luctus passim locorum sunt deminuta & secun-  
dum jus Can. solemus observare dictum Pauli 1. Cor. 7. v. 39.  
nempe quando maritus mortuus est, tunc uxor soluta est à  
lege mariti, sed quando intra annum nubit, mulier aliquia af-  
ficitur secundum Constit. Ecclesiastic.

Th. 28. Jam descendamus ad ordinem Tertium, qui est  
Collateralium; quandocunque enim defunctus neque ullos  
Descendentes, neque etiam Ascendentes relinquit, hæreditas  
devolvitur ad Collaterales. In hoc ordine potissimum tres  
sunt considerandi 1. fratres, quorum potissima est causa suc-  
cedendi in hoc ordine, 2. eorum liberi, 3. præter fratres &  
eorum liberos alii Collaterales. Fratres germani aut sunt.

soli, aut cum aliis concurrunt, si sunt soli, tamen equaliter admittuntur in capita, & reliquos omnes excludunt, consanguineos, uterinos & reliquos collaterales omnes. *Nov. 84. cap. 1.*  
*Autb. Itaque mortuo C. communia de success. aut concurrunt cum aliis, & tum vel cum ascendentibus, de quibus supra, vel concurrunt cum fratribus liberis, & tum in stirpes admittuntur.*  
*Nov. 118. c. 3. & Autb. cessante C. de legit. hered.* Ubi peculiarter notandum, quod etiam fratum germanorum liberi excludunt consanguineos & uterinos fratres, licet gradu sint proximiiores; fratres enim consanguinei & uterini fratribus germanis secundo gradu sunt conjuncti: jam fratum nostrorum liberi nobis conjuncti sunt tertio gradu, & tamen si concurrunt fratres consanguinei & uterini cum liberis fratribus germanorum, liberi fratribus germanorum etiam si sunt tertii gradus, tamen excludunt fratres consanguineos & uterinos licet secundi sunt gradus, ut videatur rursus magnum paradoxum, eos qui sunt gradu remotores, excludere eos, qui sunt gradu propiores: verum hoc contingit ob duplicitatem vinculi, quæ est in liberis fratribus germanorum, in fratribus autem consanguineis & uterinis est tantum unum vinculum, communiter vero dicitur duo vincula fortius ligare quam unum. Et debetur hereditas illis potius, quia scilicet arctior hic subest necessitudo & conjunctio sanguinis, & per consequens etiam amor, ex quo presumpto magis hereditas illis, quam uterinis aut consanguineis defertur. Videatur Rittershi. p. 7. c.

*3. n. 5.*

*Th. 29.* Postea admittuntur fratres consanguinei vel uterini, rursus aut hi sunt soli, aut cum aliis concurrunt, si sunt soli rursus æqualliter & in capita succedunt, si scilicet sunt consanguinei, aut si sunt meri uterini: Ast si concurrunt inter se ita, ut partim sint consanguinei, partim uterini, tunc consanguinei succedunt in bonis paternis, uterini in bonis maternis, in aliis bonis alijunde quælibet per desuntum, æqualiter & in capita succedunt. *Dn. Bechman in pralect. publ. ad Disp. Scholob. XIIIX. tb. 15.* Si autem concurrunt cum filiis fratribus consanguineorum & uterinorum, in stirpes succedunt, ita scilicet res habet, si adsunt fratres; si

*ycr.*

verò nulli fratres adsunt neque etiam sorores, sed adsunt fratribus liberi saltim, aut illi soli sunt, aut cum aliis concurrunt, si soli adsunt fratribus vel sororum liberi, tunc succedunt in capita, quia non succedunt ex persona parentum vel jure representationis: sed proprio jure, & deficiente representatione deficit successio stirpalis l. 2. §. 2. ff. de suis & legit. hered. Et quod in capita succedant, sic demonstro: Si antiquo jure, quod ante Novellas Justiniani constitutum fuit, filii fratribus in capita succedunt, etiam illud ex Novellis constitutionibus mutatum non est, consequens est, ut firmum maneat, & suum obtineat vigorem: sed verum est prius, Ergo verum & posterius: & sic fratribus filii nunc etiam in capita succedent sicut olim. Major propositio clara est, quia quod non mutatur, curflare prohibetur? l. praeceps C. de appell. Minor autem, quod jure antiquo fuerit constitutum, probatur primo Ulpiani testimonio in fragmentis apud Cujacium tit. 26. §. 3. Agnatorum, inquit, hæreditates dividuntur in capita, veluti si sit fratri filius, & alterius fratri duo pluresve liberi: quotquot sunt ab utraque parte personæ, tot sunt portiones, ut singuli singulas capiant. Secundo id probo testimonio Caj. lib. 7. In stirps. tit. 8. §. 6. Item si quis moriatur (inquit Cajus) & de duobus germanis fratribus dimittat filios, duntaxat masculos, ex uno fratre dimiserit duos, ex alio quatuor similiter masculos: omnes quidem fratribus filii patrem suo ab intestato succedunt, sed non in stirpes, sed in capita: ita ut illi duo ex una parte duas accipiant portiones, & illi quatuor ex alio accipiant quatuor portiones. De his quoque inter Dd. superiori seculo ingens controversia in Germania fuit excitata, sc. quomodo fratribus filii inter se succedant patruo suo, utrum in stirpes, an verò in capita? & quidem major pars Dd. tradit, eos debere in stirpes succedere, & istam opinionem tanquam communem secuti sunt, nonnulli verò voluerunt succedere ipsos in capita, quam opinionem tanquam aquiore auctoritate de jure Civili Zasius tenere rejectis omnibus argumentis pro communi opinione adjectis. Non tamen sua autoritate potuisset tantum efficere, ut per eam communi opinioni quicquam derogaretur, nisi su-

pervenisset nova Imperatoris Carol. V. Constitutio, quæ optimo consilio in Comitiis Spirensibus est prorita Anno 1529. s. item als bissher ic per quam cautum est, quod filii fratrum soli diversi numeri inter se non in stirpes, sed in capita patruo suo succedere debeant, nullo statuto, nullaque consuetudine contraria obstante, quâ ratione etiam jus commune cum jure Sax. hodiè hoc casu concordatum est, & pro hac sententia Zasii facit supra allegata l. 2. §. 2. item l. 15. §. 3. verbo illo etiam observando, C. de legit. hered. Dn. Struve Exerc. XXXIX. thes. 33. Donell. lib. 9. comm. c. 4. Vultej. libr. i. Jurispr. Roman. cap. 74. n. 27. Arum. disp. II. Exerc. 12. Frantz. Exerc. 8. q. 8. Borcholt. p. 239. Hotom. illustr. quæst. 14. Rittersh. in Nov. p. 7. c. 13. & c. 14. per rotum. Anton. de Rosell. trad. de success. ab intest. num. 3. Wesseln. cons. 84. ubi multos alleg. num. 6. Mynsing. observ. 94. vers. verum banc disputationem, ubi suo tempore ita in Camera determinatum esse dicit cent. 3. Quamvis autem specialis Constitutio in Marchia nostra Anno 1527. sancta sit, in qua disponitur, filios fratrum, si soli sunt, nullo patruo vivo existente in stirpes & non in capita succedere, Const. March. tit. Vitæ des Verstorbenen Bruder. tamen cum Carol. V. in Comitis Spirensibus Ann. 1529. contrarium statuerit, nempe filios fratrum, si soli sunt, in capita & non in stirpes succedere debere, propterea & in Marchia hodiè ex jure communii novissimo filii fratrum non immerito in capita, & non in stirpes succedunt, maximè cum in Constitutione Marchia adjecta sit illa clausula; si aliud à Cæfarea Majestate constitueretur, quod eo casu huic Constitutioni stari non debeat. Laur. Kirchoff. cons. 1. inter consil. Germ. num. 2. p. 2.

Th. 30. Quid autem si concurrunt cum aliis, & tum vel concurrunt cum patruebus sc. respectu patris, avunculis respectu matris, vel cum amitis respectu itidem patris, aut materteris, hi rursus sunt ejusdem gradus, & tamen fratrum liberi excludunt patrueles, avunculos, amitas & materteras, multò magis excludunt eos, qui sunt ulterioris gradus. Nulla ratio autem hic apparent, quam quod descendenteribus magis deferatur hereditas, quam ascendentibus, patrueles enim, 2-  
vum-

vunculi, amita & materteræ respectu fratum liberorum sunt  
adscidentes, fratum autem liberi sunt descendentes, quando-  
cunque ergo concurrunt ascendentes & descendentes ejusdem  
gradus, meritò magis favemus descendantibus, quam ascen-  
dantibus, hæc unica ratio est Nov. 118. c. 3. aut verò concurrunt  
cum nepotibus, & hos simpliciter excludunt, non attento an  
duplici, an uno vinculo sint conjuncti, quoniam jus repræsen-  
tationis cessat, & ultra fratum liberos nullo modo nequidem  
ad nepotes extenditur Nov. 118. c. 3. Ratio est, quia hoc est pri-  
vilegium certo gradu & ordini ab Imperatore concessum, pri-  
vilegia autem personalia non egrediuntur personam, sed stricti  
juris sunt §. 6. Inst. de J. N. G. & C. aut adhuc tandem collate-  
rales, nulli fratres vel fratum liberi, & tum simpliciter in  
his attenditur prærogativa gradus, non verò duplicitas vin-  
culi, neque distinctio bonorum, an illa bona à linea paterna,,  
an à materna descendant, & tum unica hæc régula locum ha-  
bet. Quicunque est proprior gradu reliquos, qui gradu sunt  
remotiores, excludit, & qui pares gradu, pares sunt successione  
l. t. l. 2. item Autb. post fratres C. de legit. hered. Si autem mul-  
ti sunt, qui gradu sunt pares, omnes in capita admittuntur.  
Tantum etiam de successione collateralium.

Th. 31. Jam etiam dicendum est de successione conju-  
guum, h. e. mariti in bonis uxoris, & uxoris in bonis mariti:  
Quid de hac successioni specie ex jure Nat. sentiendum sit,  
supra dixi. Credidimus enim & ex principiis recte rationis  
ostendimus, si non adhuc bona avita, sed mera bona acquisi-  
ta, quod tum conjuges non immerito excludant omnes colla-  
terales, quoniam opera & labore conjugum bona illa sunt ac-  
quisita, adeoque naturaliter injustum est, bona ad eos devolvi,  
qui nullum laborem impenderunt, illis è contra adimi, qui  
ad ea acquirenda totam vitam suam impenderunt, cessante  
simil ratione, ob quam collaterales succedere debeant, hinc  
multa jura provincialia hoc jus civile correxerunt, & hanc  
distinctionem introduxerunt, nempe ut conjuges sibi invicem  
succedant & in acquæstu. Causa autem quare Romani Con-  
juges ad successiones non admiserint, nulla alia videtur esse,

quam quod matrimonia apud Romanos plerisque non erant diurna, ex nulla enim causa licebat marito uxorem repudiare, ex nulla etiam causa licebat uxorem divertere a marito, adeoque sine omni dubio hanc ob causam siebat, ut bona mariti & uxoris semper manerent distincta, ita ut si divorcium vel repudium fieret, statim quilibet sua recipret bona, Verum hodie repudio & divortio illo temeratio sublatu etiam ius hoc commode posset corrigi, quod ut antea dixi, in nonnullis locis factum est, vel expressis statutis vel consuetudine, qua tam in illis locis, ubi allegatur, semper probanda est.

Th. 32. Quandocunque itaque nulli adsumt Descendentes, neque Ascendentes, neque etiam Collaterales, tum demum Conjuges sibi invicem succedunt, sed quia vix continere potest nullos adesse collaterales, non immerit queritur quando nulli intelligentur adesse collaterales? qua in re valde variant Dd, sunt enim nonnulli, qui putant, in infinitum admitti collaterales, & quidem quousque eorum memoria se porrigit, putant etiam nonnulli jure novissimo hoc correctum esse per Autb. de hered. que ab intef. defer. §. nullam, ubi text. indistincte & agnatos & cognatos admittit sine ulla graduum limitatione, quod quidem in feudali successione nullum habet dubium: Ast sunt alii, qui putant, ultra 10. gradum non succedere posse, & quidem expressa Justiniani Constitutione, quam ex veteribus legibus desumfit & saltim repetivit, uti apparet ex toto titulo *Instit. de honor. possib. item rot. tit. Instit. de gradibus Cognator.* Cui tamen nonnulli respondent dicentes, exempli gratia saltim positum esse 10. gradum, cum raro fiat Collaterales 10. gradu succedere, adeoque si dentur ulterioris gradus & illos recte posse succedere. Verum haec sententia in praxi est recepta, nempe in allodialibus collaterales ultra 10. gradum inclusivè non succedere Gail. lib. 2. obs. 150. Schneid. de tertio ordine succendentium n. 38. Rittershus. p. 7. c. 13. num. 18. Mynsing. §. fin. *Instit. de succib. cognat.* Nicol. de Ubaldo. tractat. de succib. 3. part. pr. num. 12. Hartm. Hartm. obs. lib. 2. tit. 42. obs. 1. Koppen. p. 2. quest. 7. n. 63. Quando autem horum nemo ad- est,

est, tum demum admittuntur Conjuges, alias nunquam locus  
esset successioni conjugum.

Th. 33. Ut autem Conjuges succedant, requiritur I. ut  
conjuges illi contraxerint justum & legitimum matrimonium,  
nam si matrimonium illud est illegitimum & injustum, conju-  
ges illi sibi invicem succedere non possunt l. i. unde vir & u-  
xor l. 4. C. de incœsiis & inutilibus nupt. l. 2. ff. de his, qui ut indi-  
gnia. Hinc apparet, concubinam ejusmodi beneficium suc-  
cedendi non habere, licet plures liberos ex concubinario suo  
susciperit. II. requiritur, ut in matrimonio illo alter eorum  
fuerit mortuus, nam si vel per repudium vel per divortium à  
se invicem sunt separati, aut alter alterum deseruit, & sic fi-  
dem maritalem seu conjugalem fregit, se indignam reddidisse  
hoc beneficio succedendi, & per consequens alteri illi suc-  
cedere non posse, uti est elegans textus in l. 10. S. 1. ff. foliis. ma-  
trim. sed movent hic Dd. hanc questionem annie etiam spons-  
us & sponsa sibi invicem succedant, qua de re varia Docto-  
rum sunt opiniones, sunt qui putant omnino sibi invicem suc-  
cedere debere, & quidem hoc arguento, quia consensus fa-  
cit nuptias, non concubitus, vulgata reg. jur. 30. ff. R. J. 2. quia  
sponsa & sponsus in omnibus favorabilibus comparantur ma-  
ritis & uxoribus. 3. quia sponsa, si sponsalia publica sunt  
celebrata, potest committere adulterium, nam sponsa fidem  
sponso datam laedit, si hoc ergo habetur est pro uxore: vertum  
hæc ratiuncula rem confidere non videntur, & in praxi sic di-  
stinguitur, nempe quando facta est copulatio sacerdotalis, &  
impedimentum aliquod intervenit, vel morbus, vel aliud  
quoddam, quo minus ascensio thori subsequi queat, & sic unus  
conjugum moriatur, eo in casu sibi invicem succedunt, quan-  
do autem copulatio sacerdotalis non est facta, & alter mori-  
tur, successio non admittitur, nisi in illo loco, ubi de successio-  
ne illa queritur, sint alia statuta, aut alia consuetudines, ita  
eleganter decidit Joannes Köppen part. 2. quest. 7. n. 72.

Th. 34. Datur etiam casus, quo uxor ad hereditatem  
sui mariti admittitur, etiam si adhuc Descendentes vel Ascen-  
dentes vel Collaterales. I. Si uxor est indotata & pauper,  
aut

aut dos sit ita exigua, ut alimenta exdote habere non possit,  
nec alia habeat bona, quia parum aut nihil plerumque aequi-  
parantur. Kohl. de succēs. conjugum p. 2. n. 29. & 44. Rittershus.  
in Nov. p. 7. c. 17. n. 8. Forster. de succēs. ab int̄f. lib. 9. c. 4. n. 7. & seq.  
II. Si maritus præmortuus locuples seu opulentus; nam non  
entis nullæ sunt affectiones, & tum uxor admittitur simul ad  
hæreditatem mariti. Arib. præterea C. unde vir & uxor. Nov. 17.  
c. 3. Videbatur enim Romanis indignum, mulierem vivente  
quidem marito simul esse opulentam & laute vivere, post mor-  
tem vero mariti extremè egere & ad egestatem redigi, quod  
honori & existimationi mariti valde detrahere videbatur. In  
Marchia Brandenburgensi viduæ superstiti est assignata semis  
omnium bonorum deductis deducendis, puta mercedibus fa-  
mularum, expensis funebribus &c. Schepliz ad Consuetud.  
March. part. 3. tit. 2. §. 1. Imperator Justinianus constituit in  
Nov. 5. c. 6. ut mulier inops quartam partem hæreditatis sui  
mariti habeat, non attento liberorum numero, an plures an-  
pauciores adsint, idem quoque constitutum est in Nov. 74. c. 5.  
vers. & illam posca. Verum in Nov. 117. c. 5. alter Justinianus  
constituit, nempe quando adsunt tres liberi saltim, tum uxor,  
debeat habere quartam partem hæreditatis, si autem adsint  
plures quam tres, tum debere illa accipere portionem filia-  
lem, ita tamen ut mulier in illis bonis hæreditariis, quæ acce-  
pit, saltim habeat usumfructum, proprietas autem manet pen-  
tis filios, quod si igitur mater moriatur plena proprietas ad  
liberos venit. Dn. Struve S. 7. C. Exerc. XXXIX. th. 38. Fach. lib.  
10. c. 72. Si autem nulli filii adsint, sed vel ascēdentes vel  
collaterales, tum mulier illa bona, quæ accipit, etiam quoad  
proprietatem sibi acquirit, quoniam proprietas reservata  
est in gratiam filiorum, qui ubi non adsunt, mulieri accrescit,  
idem quoque repetitum est in Nov. 127. cap. 3.

Th. 35. Circa has Novellas nempe circa Nov. 13. 74. 117.  
& 127. Dd. varias movent quæstiones, quæ etiam suam habent  
utilitatem I. quæritur, quæ mulier sit inops, & quis maritus o-  
pulentus; sed hoc in genere definiri non potest, alia enim  
mulier est Principis, alia Comitis, alia Nobilis, alia Docto-  
ris

ris &c. adeoque hoc arbitrio judicis est relinquendum. Me-  
noch. de arbitr. judicum quæst. casu 65. Rittershus. in Nov. p. 7  
c. 17. n. 6. Schneid. de success. inter vir. & uxor. n. 16. Borcholt.  
de gradib. p. 255. & plures alii, quos allegat; nisi forte dicere  
velis, quæcumque mulier tantum habet in bonis, ut possit suum  
statum inde tolerabiliter sustentare, illa non est inops, sed qua-  
ritur, quantum in bonis esse debeat? & hoc rursus in genere de-  
terminari non potest. 2. Quæritur, si uxor habeat aliquam  
dotem, sed tamen exiguum, ut ipsi alendæ non possit suffice-  
re, anne tum etiam Nov. locum habeant? omnino. Dicis ipsa  
verba reclamant. Resp. mens legum magis est spectanda, quam  
verba. 3. Quæritur, an vidua dotem non habens ad secunda  
vota transiens, portionem hæreditariam nondum exactam ab  
hæredibus prioris vel secundi matrimonii petere debeat? non-  
nulli quartam exigendam esse à prioris mariti hæredibus di-  
cunt: Contrarium tamen placuit aliis: dicunt, vidua iterando  
nuptias facit cessare juris fictionem illam cuius respectu hoc  
jus ipsi tributum, quā in viduitate prius matrimonium durare  
censetur arg. 1. fin. C. de bon. matern. & iterum viduā factā non  
in priori, sed posteriori matrimonio vivere creditur, ut videre  
licet apud Forsterum, & apud Treutlerum ib. 6. lit. D. 4. Quæ-  
ritur an Nov. ad maritum pertineant, nempe si maritus habeat  
opulentam uxorem, & maritus sit pauper, anno maritus possit  
habere quartam ex hæreditate maritris factā hoc nupsiā vi-  
detur decisum, in omnibus Nov. non sit mentio mariti, dein-  
de videtur reclamare ratio, maritus naturaliter tenetur alere  
uxorem, & contra non tenetur alere maritum uxor, adeoque  
naturaliter loquendo illi succedimus ex debito, qui nos alere  
tenetur. Atqui maritus tenetur alere uxorem, Ergo. 3. uxor  
suam dignitatem habet à marito, adeoque ut illam dignita-  
tem post mortem mariti conseruet mulier, nec esset iustum fuerit  
aliquid bonorum relinquare; è contra maritus non à muliere,  
sed ex se ipso habet suam dignitatem, & prout Rittershusius p. 7.  
c. 17. n. 9. ad maritum omnes has Nov. non pertinere, & per-  
consequens maritum, licet inops sit ex opulentia sua uxoris hæ-  
reditate nihil posse accipere. Plures questiones vide apud

Rittershus. p. 7. cap. 17. Hactenus etiam de successione con-  
jugum.

Th. 36. Jam quinto loco quoque dicendum est de suc-  
cessione Fisci. Quandocunque nulli ad sunt descendentes, ne-  
que Ascendentes, neque collaterales, usque ad 10. gradum,  
inclusive, neque Conuges, Fiscus demum succedit, vel hodie  
magistratus merum & mixtum imperium habens occupat.  
*I. 4. C. de bon. vacant. l. scire i. C. eod. Dn. Richter scđ. s. n. 3. Dn.*  
*Struv. in Privato Collegio Jurispr. Rom. German. Forens. lib. 2.*  
*tit. 30. Apbor. 27.* Causam vero ob quam hic succedat supra  
dixi. Quinam vero hodie habeant jura fisci apud Dd. nostros  
non est expeditum, & id non caret controversia; verum ut abs-  
que ambagibus hac de re dicam, nemini hodie suo quidem jure  
competunt jura fisci, nisi qui sit Status Imperii. Si qui vero alii  
jura fisci exercent, aut ex alieno habent beneficio, aut de facto  
exercent, quales sunt illae Civitates, quæ Status Imperii non  
sunt, neque tamen Principes seu Comites suos volunt recogno-  
scere, & sunt quidem Civitates Provinciales, sed cum multis ex-  
ceptionibus. Paulo aliter res se se habet in jure Saxonico, cujus  
vigore omnes magistratus, qui merum & mixtum Imperium  
habent exercent jura fisci, ut in *Landrecht lib. 1. art. 28.* Tenetur  
autem Fiscus ejusmodi bona quæ non hæredes habent intra qua-  
dradium agnoscere *l. 1. §. 2. ff. de jur. fisc.* Borcholt. *tratt. de*  
*gradib. p. 261.* alias post hujus temporis lapsum à possidente, qui  
bona illa possidet, præscribuntur, ita ut post quadriennium Fi-  
scus illa bona vindicare nequeat, *tot. tit. C. de quadriennii pre-*  
*scriptione Borcholt. tratt. de gradib. p. 261.* Ritterhus. p. 7. c. 19. n. 3.  
Dn. Richt. scđ. s. n. 9. quod quidem propterea sic est constitutum,  
ne creditores, quibus ex bonis illis aliquid debetur, creditis suis  
diutius quam quadriennio carere cogantur, nam si Fiscus adit  
hæreditatem, tenetur non tantum creditoribus, sed etiam omni-  
bus legatariis non aliter satis facere, ac quivis alius privatus  
*l. 1. §. 1. ff. de jur. fisc. l. 11. ff. eodem.* sed nullus locus est illustrior,  
quam Juliani in *l. 96. §. 1. ff. de legat. 1.* Quoties, inquit, lege Ju-  
lia bona vacantia ad fiscum pertinent, & legata & fideicommissa  
præstantur, quæ præstare cogeretur heres, à quo relicta  
erant.

erant. Non tamen ultra vires hæreditatis, quo privilegio Fis-  
cus peculiari utitur, cum reliqui qui hæreditatem semel adeunt  
omnibus creditoribus in totū fatisfacere teneantur; etiam si tan-  
tum in bonis hæreditatis non sit, uti dicitur in l. 33. ff. soluto ma-  
trimonio. Et hæc non quidem pro materie dignitate, sed ratio-  
ne instituti & temporis protulisse sufficiat, si quæ forte  
minus bella & dextra videantur, Benevolum Lecto-  
rem rogo, ut ea dextrè interpretari  
velit.

---

**Q**uomodo jure queat maternas atque pa-  
ternas  
Res quivis petere, & munus morientis ha-  
bere  
Legitimè extreum, doctè dum disseris, aptè  
Ostendis, Temer sinuosa volumina juris  
Nocturna versasse manu, versasse diurna.  
Perge, velut pergis, sic Te tua fama sequetur,  
Atque eris Aonii pars non in gloria nostri.  
Ipsa Themis tandem referet præclara bracea,  
Et dabit assidui Tibi munera magna laboris.

*Exiguo carmine vastam eruditionem fin-  
signem modestiam Nobilissimi Dn. Re-  
spondentis commendare, ejusq; laudan-  
du conatus applaudere voluit.*

**Adrianus Beier, D.**

*S. Mas*

# Madrigal.

vid. L. Fene-  
stel. lib. de  
Magistr. Rö.  
c. 19. de  
Prætoribus  
ibi recen-  
sentur (1)  
Equi albi (2)  
Trabes can-  
dida. (3) No-  
vei Quirites  
ad frenas  
submini-  
strantes.

**S**Die zeiten führte mann  
Mit schöner weisen Pferde Pracht;  
Bey welcher auch der weisen Römer Mecht;  
Das ihre That/ in dem Sie fleissig diente  
Dem angestellten Schulzen Zuge.  
Wer so/ wie Er/ geehrter Schulze/ meidet  
Die Bahn der dunekten Nacht/ der kan mit Tage  
Des weissen Wagens sich wol recht bedienen/  
Darauff die Tugend die/ so ihr erschienen  
Mit Eisser sind/ zu führen pflegt,  
Drüm steht ein Schulze da/ der hin will sehren/  
Wo sich der Mund der weisen Männer regt!  
Beuch hin! wir folgen dir mit Preis und Lobe nach!

zu dessen Versicherung spielere auf den  
belobten Nahmen seines hochwer-  
then Gömmers/ als Er seiner Ge-  
lehrsachkeit wol nachsüliches Denk-  
mal denen hochgezähren erwartet/  
die Treu-meinende Feder

M. Johann Friedrichs Nicolai.



1626

**ULB Halle**  
005 132 681


3



KD17



# Farbkarte #13



1668, 40 4  
 T. E. S. S. TRIADE.  
 RUM. IN. ILLUSTRIS. 43  
 A. PROPTER. SALAM. ACADE-  
 SUFRAGANTE.  
 DENTE.  
 JOBILISSIMO. AMPLISSIMO  
 EXCELLENTISSIMO QUE.  
**D. FRIDERICO.**  
 HEREDITARIO. IN.  
 ANTECESSORE. HUJUS.  
 ERATISSIMO. CONSILIARIO  
 FACULTATIS. JURIDICÆ. CURIAE.  
 INATUS. ASSESSORE. GRA-  
 TORE. ACADEMIAE.  
 RANDO  
 ET. PRÆCEPTORE  
 ENDISSIMO.  
 EM. IURIDICAM.  
 DE  
 IONE. AB.  
 STATO.  
 IO. JCTORUM.  
 P.  
 ILTZ. STENDA-  
 ÆO-MARCH.  
 TOR.  
 VIII. DIE. MENS.  
 Q. C.  
 ANNIS WERTHERI.